

**De ortu conuersione sanctitate ac miraculis seraphici patris beati Francisci  
breuis & succincta descriptio.**



**F**ranciscus seraphicus patre admodum locuplete in Tuscia Assisij  
ortus usque ad vigesimum etatis sue annum: letiozem blandien-  
tis fortune auram noxiasque labentis mundi delicias secutus: preci-  
pitam inter secularia vitam duxit: sed paterno grauioris egritu-  
dinis verberare ab altissimo pie conceptus veterem hominem ex-  
uens mutatione dextere excelsi subito nouum induit: argentari-  
am patris mensam relinquit. fit celestis de terrestre mercator:  
passimque sibi de mammona iniquitatis amicos acquirens: vallium latebras ora-  
tionis causa tanquam gemebundus turtur explorat: materialibus autem ecclesie mu-  
ris reparandis intendens spiritualis mor ab ipso restaurande felix sumpsit auspi-  
cium: hoc etenim prius a domino in antiquo sancti Danielis sacello per crucifixi imaginem  
preceptum acceperat: quoniam et per eandem imaginem audiuit: Francisce sequere me: egre-  
deris durus pater sancti ruri profectus: ignorans que dei sunt: solique viues mun-  
do: Franciscum seruilibus affectum flagris: grauioribus oneratum compedibus domi-  
mesticos detrudit in carceres: commotis vero super eum matris pietatis visceribus  
absente patre solutus: his tantis in se iniurijs ipse erga dominum magis accensus  
cepto alacriter perstitit instituto. Neque tamen sic acquiescens victus pater victorem  
Franciscum in ius vocat: repetit quod sibi sustulerat magnam auri pondus: et ut pa-  
terne hereditatis spei renunciaret conat exigeret. At Franciscus inuenso diuini  
ignis ardore succensus ne dum petita prestaret: sed et indumenta omnia quibus etiam  
nature pudibunda teguntur patri letus exhibuit nimirum in cruce Iesus nudus  
ipse nudus secutus est. Videns antiquus hostis nihil iam Francisco relictum: non  
diuitias: non vestes quibus eum ad terram traheret: solam carnem quam supererat: succedit  
illicit: inquietat. Reducit ad mentem inuictus pugil diuini Benedicti spinas et tri-  
bulos: que cum locus ille non haberet: inter glaciales niuis congestos cumulos nu-  
dus volutatur: quoad extincto carnis ardore victus Sathan abscederet. Cum eum  
aliqui hiemis algore simplici ac vili obiectum paliolo quotidianum panem ostia-  
tim medicantem: conciuos sui velut dementes cenam atque immundissimis sputis  
iactisque crebrius lapillis impeterent: et omni proorsus obprobriorum genere subsan-  
nantes insequerentur: ille apostolorum exemplo plurimum exultabat quod dignus esset pro  
nomine Iesu contumeliam pati. Breui denique supremum totius euangelice perfectionis  
culmen attigit: paupertati: quam dominam suam vocitabat: a deo affectus erat: ut in hac  
sibi superioribus plurimum inuideret. Preterea cum se inter peccatores primum esse  
constanter assereret: socius ipsius orans vidit vacantem luciferi sedem Francisco re-  
seruari. Mutauit aquas in vinum. Sienti rustico de silice fontem excussit. Infir-  
mis quibusque tam absentibus quam presentibus sospitatem celerem afferebat: prophe-  
tie spiritu viguit. Apostolicum illud veraciter potuit decantare: Ego domini mei Iesu  
christi stigmata in corpore meo porto. Que nimirum in seipso vir sanctus suscipe-  
re ac sentire permeruit: preclarissima postremum huius viri per omnia apostolici merita:  
militans sub eiusdem sequenti regula longe lateque diffusus ordo testatur.

Explicit.